

ueniens dicit. Quod uni ex mi-  
nistris meis fecistis. mihi fecistis.  
Ecce ante iudicium cum p[ro]mebra  
sua suscipitur. susceptores suos  
etiam p[ro]semper ipsum requirit. &  
tamen nos ad hospitalitatis  
gr[ati]am p[ro]p[ri]i sumus. Pensate fr[at]res  
quanta hospitalitatis uirtus sit.

Ad mensam u[er]am xp[ist]i suscipite.  
ut uos ab eo suscipi ad conui-  
uia aeterna ualeatis. Prebete  
mod[er]o xp[ist]o peregrino hospi-  
cium. ut uos in iudicio non  
quasi peregrinos nesciat. sed  
ut p[ro]p[ri]os recipiat ad regnum.

**FRATRI SCI. VCAM.**

**I**n illo tempore. Stetit ih[esu]s  
in medio discipulorum suorum.  
& dixit eis. Pax uobis. Ego sum  
nolite timere. & res.

**OMNIBUS LECTONIS EP[iscop]I  
VENERABILIS REVERENDI**

**G**loriam resurrectionis d[omi]ni  
& redemptor[is] n[ost]ri paulatim  
discipulis p[ro]merentium tempo-  
ris ostendit. quia nimirum  
tanta erat uirtus miraculi. ut  
hanc repente totam capere  
fragilia pectora mortalium  
non possent. Consulens igitur  
ipse inbecillitati querentium

primo ueniuntibus ad monum[en]-  
tum. & feminis suo amore ter-  
uentibus lapide reuolutum.  
& ablato suo corpore lintea  
mina quibus inuolutu[m] erat  
sola posita monstrauit. Dein  
de curiosius inquirentibus  
feminis. & de eo quod inue-  
rant mente confertatis. ange-  
lorum uisionem ostendit. qui  
illum resurrexisse certa ma-  
nifestatione pate facerent.

Ac si precurrente fama patere  
resurrectionis. tandem ipse  
d[omi]nus uirtutum & rex gl[ori]ae appa-  
rens. quanta potentia morte  
qua ad horam gustauerat de-  
uictis apperuit. Et quidem  
quantum ex euangelice serie  
lectionis inuenimus. quin  
quies ipsa qua resurrexit die  
uisus est hominibus. Primo  
magdalene ad monumentum.  
quando ei desideranti pedes  
eius complecti dictum est.

Noli me tangere. nondum eni  
ascendi ad patrem meum. dein  
de duabus ad monumentum  
currentibus. nuntiare disci-  
pulis que ab anglis depecta  
eius resurrectione didicerat.